



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvitiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Quàm ob causam filium siue uerbum dei principium decuerit nuncupari.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)



& in his omnibus iste thesaurus absconditus est, & ut manifestius dicā, ex istis operibus dei sancta uetus scriptura cōscripta est, & in singulis hōe sanctae trinitatis cooperationem nō defuisse certū est, & hoc p̄senti opere demonstrandū est. Quod cū demonstratū fuerit, subsequetur opus clarissimū dominicæ incarnationis, passionis, resurrectionis, atq; ascensionis, & aduentus paraclēti spūs sancti, q̄ uidelicet opus nostra qualicūq; uel quantalacūq; declamatione tanto liberius tātoq; uehementius p̄sonare poterit in gloria sancte trinitatis quæ ab hinc prædicatione publica per totū mundū cepit annūciari, quāto pluribus corroborata fuerit testimonijs ex diētis seu rebus gestis p̄cedentiū ætatū seculi. Igitur ab initio creaturæ iam nunc exordiamur cursum suscepti operis.

**¶** Be capite libri, in principio creauit deus cœlū & terram, qualis ibi sit absconditio huius thesauri, & quod filius principium sit, sicut ipse dixit, ego principium qui & loquor uobis. Cap. V.

Gene. 1.



**I**n principio creauit deus cœlū & terrā: Terra autē erat inanis & uacua, & tenebrę erant sup̄ faciē abyssi, & spūs dei ferebatur sup̄ aquas. Ecce qualis absconditio thesauri. Nō nos pigeat, neq; fastidiū cuiquā pariat frequentatio hæc nominū istorū thesauri & absconditionis eius. In inuentiōe gaudiū est, & gaudiū circa inuentum discurrens libenter eadē repetit: facit em̄ loq; ex abundantia cordis. ¶ Ecce ergo qualis absconditio. Cū sancte scripturæ spūs in isto capite libri sanctā trinitatē uelit intelligi, unā tantūmodo p̄sonā paruo subtegens uelamine, faciem eiusdē trinitatis sapientibus & prudentibus abscondit, reuelaturus eā paruulis. Quo sub uelamine, quā personā abscondit: Nimirū personā filiū, sub uelamine nominis principij. Sapientes quippe & prudētes, id est sup̄bi, qualiū quidā dicebant eidē incarnato filio dei, tu qs es in hoc dicto in principio creauit nihil aliud inuenerunt aut inuenire uoluerunt, quā ac si diceretur, primo uel primitus creauit, quo sensu & poeta ethnicus, licet insignis, dicere potuit. Principio cœlū, terrā, camposq; liquētes, lucentēq; globū lunæ titaniacq; astra, spūs intus alit. At ille paruulos attendens qui eū erant audituri, interrogātibus (ut iā dictū est) tu quis es: principij (ait) qui & loquor uobis. Hoc dicens, nimis locū istū, caput istud sancte scripturæ retexit: ita ut nō dubites, eū te uelle simul agnoscere illud quoq; quod in psalmo dicit ipse. In capite libri scriptū est de me. Quod est em̄ caput libri, nisi hoc initiū omnīū scripturæ ueritatis: ¶ Omnis quippe scriptura sacra, scriptura canonica, unus liber est, quia ad unū tendit, & ab uno deo profecta, uno eodēq; spū conscripta est. E contra scripta omnia quæcūq; nō ueniunt ex eodē spū ueritatis, plures sunt libri. Propterea sapiens Ecclesiastes dicit, Faciendi plures libros nullus est finis, Igitur in principio creauit deus cœlū & terrā, & spūs dei ferebatur sup̄ aquas: splendidū caput libri gloriā p̄dicat sancte trinitatis. Fugiant q; oderunt eū a facie ista, sicut fugiebat tunc & accedere timebat Israhel carnalis, quando ex colloquio dei splendida facta est facies Moysi.

In capite libri, testimonium de trinitate.

Marth. 11.

Iohan. 8.

Vergi. 6. lib. Aeneidos.

Iohan. 8.

Psal. 39.

Ois scriptura sacra unus est liber.

Eccle. 12.

Gene. 1.

Exodi. 34.

**¶** Quā ob causam filiū suę uerbum dei principij decuerit nuncupari. Cap. VI.



**Q**uā ob causam filiū suę uerbum dei principij decuerit nuncupari: Nimirum quia omnia p̄ ipsum facta sunt. Verū tamen adhuc pro causa præsentis p̄cipij dicitur est. Nā non solū p̄ ipsum, uerū etiā propter ipsum omnia facta sunt. Sic em̄ ap̄tus dicit. Dicebat em̄ eū, propter quē omnia, & p̄ quē omnia, q̄ multos filios in gloriā adduxerat, auctore salutis eorū p̄ passionē cōsummari. Hęc est causa uera, causa digna tanti huius nominis, scilicet principij, quia ipse est, propter quē omnia, & p̄ quē omnia: ipse (inquā) est omnis creaturæ principalis & efficiens causa. Dicit aliquis, Et deus pater, nōne principij est: Plane principij pater, principij filius, principij spūs sanctus. Verū tamen nō tria principia, sed unū principij: sicut nō tres dii, sed unus est deus. ¶ Cur ergo in isto capite libri, solā filiū p̄sonā, inspirator sancte scripturæ, spūs dei, principij nuncupare uoluit: Ad hæc inquā, Omnis iste liber, omnis sancta scriptura, cuius caput hoc est, in principio creauit deus cœlū & terrā, cui creaturæ uel propter quā scriptus est creaturam: Nimirum propter creaturam humanam, ad instructionem creaturæ humanæ sancta scriptura condita est. Huic creaturæ sine dubio una hæc persona, filius dei, triplici modo principij est. Duobus modis tam angelicæ q̄ humanæ creaturæ principij est, uidelicet quia &

Chrs ē principij, q̄a p̄pter ipm & p̄ ipm sunt omnia. Hebræ. 2.

Ois scriptura sacra p̄p̄ter hominē ē.



quia & propter ipsum & per ipsum omnia, sicut iam superius dictum est: tertio modo, solius creaturæ humanæ: quia per passionem salutis nostræ autor cōsummatum est, salutis (in q̄) nostræ Princeps & principium ē. Quod futurū non latebat Moysen, cum istam scripturā digito dei p̄doctus scribere inciperet. Bene igit̄, & uenerabiliter secundum rei ueritatem pro Ben, id est, p̄ filio, Bresith, id est, principium posuit, principium nuncupans filium dei. Propter quem & p̄ quem nos condidit, uidit, & saluandos fore præuidit: Proinde considerandum, quia licet pater quoq; principium sit, licet pater & filius & spiritus sanctus (sicut iam supra dictum est) unum principium sit, ex quo oīa, p̄ quæ omnia, in quo omnia, nūquā tamen uel pater uel spūs sanctus legit̄ ita manifeste principia se noiāse sicut filius se no minauit: dicendo Iudæis, ego sum principium qui & loquor uobis.

Ro. ij.  
Ioh. 8

**¶** De eo quod in psalmo dicit pater filio, tecum principium in die uirtutis tuæ, in splen. san. ex utero ante luci genui te

Ca. VII.



Quidem in Psalmo: Dominus dño, pater filio dicit, tecum principium in die uirtutis tuæ in splendoribus sanctorū ex utero ante luciferū genui te, & hoc ita intelligitur, ut dicat filio Dauid, dño Dauid, pater deus. Ego principium tecū sum, tecum operor in die uirtutis tuæ, in processu uictoriæ uel resurrectionis tuæ, quo uidelicet die sancti splenderunt discipulis tenebris, & accepta remissione peccatorum: ego (inquam) principium, id est, pater, qui ex utero ante luciferum, id est, ante omnem creaturam genui te. Nam Lucifer qui cecidit, quia principium esse uoluit, fuerit quidem principium uiaꝝ dei, sed iunior te extitit: Verū tamen expositio hæc, qua pater principium in hoc uersiculo intelligitur, scrupulosa est infirmis intellectibus, quod experimento didicimus. Putant enim ex hoc posse dici, quod pater sit principium filij, & ad eundem sensum protrahere nisi sunt illud quoq; quod dicit Apostolus, ea put aut̄ Chri deus. ¶ Ut ergo scrupulum omnem amoueat, & illæso cælle fides procedat: sciendum, quia litera p̄scripti uersiculi nullam nobis necessitatem imponit, ut pater intelligatur nomine principij. Cum enim dicit: dixit dñs dño meo, id est, pater filio, deus Ch̄so, tecum principium, hoc recte intelligit̄ ac si dicat: iccirco sede à dextris meis, iccirco dñare in medio inimicorū tuorū, quia deus es, & non homo tantum: uerbum & non caro tantum. Deniq; hoc idem sonat, tecum principium. Cum natura humana, secundum quam uisus uel reputatus es nouissimus uiroꝝ, diuina natura est in unitate p̄sonæ antiquum & increatum principium. Quid aliud loquitur Petrus in actibus Ap̄toꝝ dicens de hoc eodem dño, qui p̄transiit benefaciendo & sanando omnes opp̄sitos à diabolo, quoniam deus erat cum eo? Nimirū non sicut dicit poterat, fuit dñs cum Moysē, & sicut ad Iosue dñs dicit, sicut fui cum Moysē, ita ero tecum: non (in q̄) ita dictum accipimus, qm̄ deus erat cum illo scilicet Ch̄so, sed ita ac si diceret, qm̄ ille non tantum homo, sed & deus erat & homo. Similiter dum hic audis dicentem patrem deum, ad mediatorem dei & hominum Iesum Ch̄sm, tecum principium, ne occasionem sibi porrectam arbitretur Arrius, ut dicat, qm̄ principium se hic appellat pater, ergo ille principium filij est: et hinc dicit Apostolus, caput autem Christi deus, compendio fac litis finem, sentiens & principium, id est, deum siue uerbum, & hominem assumptum, unam esse p̄sonam Iesum Ch̄sm, cuius humanæ naturæ ip̄a, quæ illi insita est, uerbi diuinitas & principium & caput & deus est. Amplius aut̄ & pater & filius & spūs sanctus indiuisa trinitas, unū principium, unus deus, unum caput est.

Psal. 109  
Iob. 49  
1. Cor. 11  
Psal. 109  
Esa. 53  
Actu. 10  
Iosue. 1

**¶** Item de causa nominis principij, & de eo quod Apostolus ait, propter quem omnia, & per quem omnia.

Ca. VIII.



Uta hinc iam dici poterant collectis de thesauro scripturarū testimonijs fidelibus, sed qm̄ secundum ordinem scripturarū p̄cedere nobis p̄positum est, succinigi oportet, itaq; p̄ aliquid simile demonstrare, q̄ ob rem scriptori Moysi, immo ipsi, qui p̄ Moysen locutus est & scripsit, digito dei, filium seu uerbum patris principium in isto capite libri nūcupare placuerit. Iam qdem supra dictū est, quia p̄pter ip̄m et p̄ ip̄m omnia, & ob hanc causam recte illum hoc nomine p̄scribi, sed adhibita similitudine melius eadem causa complacabit. Virum caput esse mulieris Ap̄ls dicit, iccirco quia non p̄pter mulierem uir, sed p̄pter uirū mulier facta est. Dixit enim deus. Non est bonū eē ho-

1. Co. 11

A 3 in em